


70



45.
Augst. 43

COLLEGII PRIVATI
INSTITUTIONUM IUSTINIA.

NEARUM

Disputatio Undecima.

De
CONTRACTI.
BUS ET OBLIGATIO-
NIBUS IN GENERE

Quam

D. T. O. M. A.

*Consensu Amplissimi Jutorum Ordinis in celeberrimâ
Wittebergensium Academiâ*

SUB PRÆSIDIO

BALTHASARIS à BRUNNEN
NOB. MARCH.

Examinandam proponit

*Suis Nobilissimis & Prestansissimis Dnn.
Collegis*

ERASMUS STÖRBECK OSTER-
BURGO-Marchicus

Addiems. Augusti, boris locog̃ solitis.

VVITTEBERGÆ,

Typis JOHAN. GORMANNI, ANNO c̃ 15 c XX.
35.

ANTIQUEA GENERIS NOBILITATE, MORUM ELEGANTIAE & OMNIS GENERIS
VIRTUTE ADMODUM CONSPICUO JUVENI

ANDREÆ à Jagow

Viri

Magnifici maxime strenui & Nobilissimi

ACATII à Jagow in Alwosen Scharpe
hofe & Bchтенhagen Hæreditarij

parentis optimi

optimo filio

paternæ virtutis æmulo

Bonarum artium & jurisprudentiæ Studioſo

solertissimo

Patrono & fautori suo unicè

ſuþpiciendo

hanc disputationem juridicam debitæ

animi subjectionis & gratitudinis ergo

offert & consecrat

ERASMUS Störbeck

ASSERTIO I.

Obligatiojuri rerum reſtè annumeratur.

Institutio de rerum divisione l. 1. §. fin. ff. eod. §. fin. Institutio de usu & habitat. Hoen. disp. 13. θ. 1. Clarissimus Dn. Försterus in tract. Iustin. disp. 2. θ. 1. Arum. exerc. Iust. 12. θ. 2. & 3. Hillig. in Don. enucleato lib. 12. c. 1. lit. a. Schneidvv. ad princ. Institutio de oblig. n. 3. Et huic sententiæ hactenus adhæsit firmiter comm. DD. schola, & adhuc adhæret. Diss. tamen ab eadem Vult. ad princ. Institutio de obligat. n. 5. & seqq. quem allegat & sequitur Anton. Matth. in not. ad princ. Institutio de rer. divis. existimans, obligationem rectius ad jus personarum referri. Verum sciendum est, Vult. male confundere jus personarum, quod notat statum & conditionem in libertate civitate & familia consistentem t. t. Institutio de capit. demin. & jus personale, quod non statum, sed affectionem, circumstantiam aut actum necessarium, seu adjunctum personæ extrinsecus cohærens, significat. Ad jus personarum obligatio non pertinet; illud enim in commercio non est, & proinde nec in obligatione l. 83. §. 5. ff. de V. O. Rectè tamen ad jus personale refertur, quoniam persona personæ obligatur. Alter dissentunt Theophilus, Accursius, Angelus, & alij existimantes, obligationem juri actionum annumerandam esse. Verum illorum fundamentum admodum infirmum esse appareat ex traditis ad Harp. ad princ. Institutio de oblig. n. 3. & Arum. d. exerc. Iust. 12. θ. 2.

II

Obligatio est juris vinculum, quo necessitate
astringimur alicujus rei solvendæ, secundum ci-
vitatis Romanæ jura.

Tex-

Textus est in princ. Inst. de oblig. quem inter alios suffici-
enter interpretatur Harp. Vide Don. lib. 12. comm. c. 1.

III.

*Quam definitionem ad naturale quoque obliga-
tionem referre, institutū Imperatoris nō patitur.*

Quoniam ibi definitur talis obligatio, quæ est vinculum
juris civilis, & quæ continet in se necessitatem solvendi. At na-
turalis obligatio solo æquitatis vinculo sustinetur, ex quo non
actio, id est, solvendi necessitas oritur l. Stichum 95. §. naturalis s.
ff. de solut. l. juris gentium 7. §. sed cum 4 ff. de pact. Schneidw. ad princ.
Inst. de oblig. sub rubr. de oblig. natur. tantum n. 1. Clarissimus Dn.
Försterus in tract. de pact. c. 8. pag. 204. & seqq. Hunn. disp. 13. θ. 2. Ja-
cob. Cram. discept. 14. q. 3. Harp. ad princ. Inst. de oblig. n. 24.

IV.

In l. 19. ff. de V. S contractus definitio non extat.

Nam definitio, quæ destituitur genere & forma, non est
definitio. Sed hæc definitio est talis. Ergo non est definitio.
Major expedita est. Minorem etiam ipsi dissentientes conce-
dunt, ut appareat ex Goedd. add. l. 19. ff. de V. S. n. 29. Vide Hunn.
variar. resolut. jur. civil lib. 3. tract. 2. q. 1. & in tract. de pact. c. 2. q. 13.

V.

*Contractus nominati ab innominatis male
sic vulgo discernuntur, ut in innominatis pœni-
tentia locus esse dicatur, nec ȳ statim atque per-
fecti sunt, actionem pariant: Nominati vero
& pœnitentiam non admittant, & actionem pa-
riant, quam primum in esse fuerint producti.*

Nam quod primam differentiam concernit, illa subsiste-
re non potest, quoniam regula generalis est de omnibus contra-
ctibus i. l. sicut s. C. de oblig. & act. quod ea, quæ ab initio sunt vo-
luntas, postea fiant necessitatis. Quod autem interdum, & qui-
dem tantum ex parte actoris, qui implevit contractum innomi-
natum, pœnitere licet, id commune habent contractus inno-
minati cum quibusdam nominatis; veluti, cum societate s.
manet 4. Inst. de societ. cum mandato s. recte 9. Inst. de mand. cum
deposito l. 1. s. pen. ff. depos. Secundam differentiam quod att

net, illa itidem subsistere non potest, quoniam contractus innominati tunc in esse producti dicuntur, quando ex parte unius contrahentium aliquid datum aut factum est, ut vicissim quid detur aut fiat l. 5. ff. de *præscript. verb.* Quam primum autem quid datum aut factum est, contractus paratā habet actionem *præscriptis verbis*, etiam si ex altera parte nihil datum aut factum fuerit; ut enim pro eo, quod datum aut factum est, vicissim aliquid detur aut fiat, id non ad perfectionem, sed ad complemetum contractus pertinet Goedd. *in tract. de cont. & comm. stipul. c. 1. n. 53.* Hunn. *disp. 13. q. 8. & variar. resolut jur. civil. lib. 3. tract. 2. q. 3.* Diff. Harp. *part. 2. disp. 1. q. 9. lit. a.* Schneidw. *ad §. sequens Inst. de obligat. n. 1. & 14. & DD. comm.*

VI.

Nudum pactum ne jure quidem Cananico actionē producit.

Quando enim jus Canonicū à civili nō aperte dissentit, tunc non est discīmē aliquod inter utrumque constituendū c. 1. ext. de nov. oper. nunciat. Atqui Ius Canonicū quoad hunc paſſū à jure civili aperte dissentire, nullibi legitur. Ergo Hunn. *in tract. de pact. c. 7. q. 3.* ubi multos autores pro & contra allegat.

VII.

Pacta contractibus stricti juris in continentia adjecta actionem pariunt.

I. Per l. 4. §. fin. ff. de *pact.* ubi conditio sive pactū debet inesse stipulationi tacitae, nō secus atque si hoc expressū fuisset. Et licet nōnulli dicant, inesse ex parte rei. Attamen hoc dupli ex fundamento subsistere non potest i. nam quando reum saltē adjuvat pactum per exceptionē, tum per se extra contractū sumitur & consideratur, & tū non potest inesse; Inesse enim dicuntur, quæ ita conjuncta sunt ipsis contractibus, ut cum ipsis in una naturā sint confusa. II. quoniā, si expressa fuisset conditio in stipulatione, inesset certè ex parte actoris. Atqui Paulus *in d. l. 4. §. ult. dicit*, nō aliter inesse stipulationē, atq; si hoc expressū fuisset 2. per l. vēditor 13. *in princ. ff. comm. prædior.* ubi personæ possidētiū, aut in jus eorū succendentium, per stipulationis vel venditicnis legem, id est, pactum, obligantur. Si igitur obligantur, dabitur adversus ipsos actio. Clarissimus Dn. Försterus *in tract. de pact. c. 8. f. 245.* Hunn. *in tract. de pact. c. 7. q. 4.* Goedd. *in tract. de cont. & comm. stipul. c. 8. n. 37.* Hœnon. *disp. 22, coroll. 1.* ubi multos dissentientes allegat.

IX.

*Dicuntur autem pacta in continentia adiecta,
que sunt contractum perfecto & absoluto.*

Quoniam in l. 7. §. 5. ff. de pact. pacta ista dicuntur in continentia subsecuta. At subsequi contractum id dicitur, quod perfecto jam contractu factum est Hunn. d. c. 7. q. 5. Diff. Donell. ad l. 13. C. de pact. n. 7.

IX.

*Ex pactis ita adiectis nascitur actio ipsius
contractus.*

I. Quoniam hujusmodi pactum contractus, cui apponitur, pars est l. fundi 79. ff. de contrah. empt. At quicquid toti tribuitur, idem quoque parti tribuendum est. 2. quoniam pactum ita appositum actionem contractus informat & reformat l. 7. §. 5. ff. de pactis Hunn. d. l. q. 7. ubi illorum opiniones, qui vel actionem præscriptis verbis solum dari, vel acti onem præscriptis verbis una cum actione ex ipso contractu descendente competere, existimant, refutat.

X.

Qui nam dicantur infantiae & pubertati proximi, judicis arbitrio committendum est.

Quoniam hoc neque expressa lege definitum est, neque per certam juris rationem ex lege decidi potest Harp. ad princ. Inst. de autor. tut. n. 17. Goedd. tract. de cont. & comm. stipul. c. 8. n. 204. Hœnon. dist. 2. ad R. I. ad l. 5. q. 4. Judex autem rationem habebit non tantum annorum, sed etiam conditionis & regionis, in qua impubes natus est, aliarumque qualitatum & circumstantiarum, ob quas fieri potest, ut unus eadem ætate plus vel minus intellectus habeat, quam aliis Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. quæst. cas. 57. n. 44. & seqq. Diff. Hunn. variar. resolut. jur. civil. lib. 1. tract. 5. q. 16. existimans, proximos infantiae dici ab initio anni octavi usque ad annum decimum cum dimidio completum; proximos vero pubertati ab hoc usque ad annum decimum quartum completum.

XI

XI.

Contractus de re impossibili non valet.

Textus sunt in l. 15. ff. de condit. instit l. impossibilium ff. de R. I. l. 1. §. 9. ff. de obligat. & action. Hunn. variar. resolut. jur. civil. lib. 3. tract. 2. q. 7.

XII.

Ex puro contractu, cui neque dies, neque conditio adjecta est, statim agi potest.

Textus sunt in §. omnis 2. Inst. de verbis. obligat. l. liber homo 118. §. 1. l. eum qui 41. §. 1. ff. eod. l. cedere diem 213. ff. de V. S. l. in omnibus 14. ff. de R. I. Humanitatis tamen & miserationis gratia modicum debitori ad solvendum tempus conceditur l. si debitori 31. ff. de judic. quoniam creditor non statim debet venire cum facco paratus l. quod dicimus 105. ff. de solutione. Tempus igitur solutionis cum tempore agendi non est confundendum Hœnon. dissp. 14. θ. 4. Hunn. variar. resolut. jur. civil. lib. 3. tract. 2. q. 8.

XIII.

Ambiguae locutionis interpretatio contraeum, cui liberum fuit legem apertius dicere contractui, facienda est.

Textus sunt in l. in contrahenda 172. ff. de R. I. l. veteribus' 39. ff. de pact. l. Labeo 21. ff. de contrah. empt. Hœnon. dissp. 16. θ. 4. Hunnius variar. resolut. jur. civil. lib. 3. tract. 2. q. 21. Pacius cent. 2. q. 7.

XIV.

Si dolus malus bonæ fidei contractui causam præbuit, ipso jure contractus ille nullus est; secus, si incidens sit: Hoc enim casu actio ex eodem contractu conceditur.

Textus sunt in l. & eleganter 7. ff. de dolo malo l. 16. §. 1. ff. de minor. l. 3. §. ult. ff. pro soc. quibus hæc ratio accedit, quod bona fides bonæ fidei contractuum inhærens proprium & substantiale adjunctum sit l. domum 57. ff. de cont. empt. §. actionum Inst. de action. & proinde tolli non possit, nisi rem ipsam etiam simul tolla-

collamus Hœnon. disp. 22. §. 7. eleganter & prolixè Goedd. in tract.
de cont. & comm. stipul. c. 3. n. 114. & seqq.

XV.

*Vis quoque & metus, dans causam contractui bona fidei,
eum ipsa jure nullum facit.*

I. Quoniam consensui nihil tam contrarium, præsertim in
bonæ fidei contractibus, quām vis atque metus l. nihil 116. ff. de R.
I. 2. per l. si mulier 21. §. si dos 3. ff. quod metus causa ubi dicitur, quod,
si dos metu sit promissa, nullius momenti sit dotis promissio. 3.
per l. i. C. de rescind. vend. ubi proponitur casus, quo per vim co-
actus quis domum vendiderat, & respondet Imperator Alexan-
der, quod malæ fidei emptio irrita sit. Quod autem irritum est,
id etiam nullum est. Hœn. d. l. §. 8. Hunn. variar. resolut. jur. civil.
lib. 3. tract. 2. q. 18.

XVI.

Culpæ propriæ non sunt species, sed tantum gradus.

Quoniam majoris & minoris ratio specie differre non fa-
cit l. ult. ff. de instr. vel instrum. legato Harp. ad §. sequens Inst. de ob-
ligat. n. 69. Hilliger in Don. enucleato lib. 16. comm. c. 7. ad lit. f. Bo-
cer. in comm. ad l. contractus 23. ff. de R. I. c. 3. n. 10. Wesenbec. ad
§. præterea. 3. Inst. quibus mod. recont. oblig. Diff. Don. d. c. 7. Hœn.
ad l. contractus 23. ff. de R. I. disp. 5. Hunn. disp. 14. §. ult.

XVII.

Incendium casibus fortuitis annumerandum est.

Per l. contractus 23. ff. de R. I. & l. in rebus 18. ff. commod. Hil-
liger in Don. enucl. lib. 16. c. 6. lit. k. Mynsing. cent. 6. obs. 88. Har-
precht ad §. sequens 2. Inst. de obligat. n. 79.

XIX.

*Is qui casum fortuitum inscrecepit, etiam de insol-
ito tenetur.*

Textus est in l. fistulas 78. §. ult. ff. de cont. empt. Arius Pinel.
ad l. 2. C. de rescind. vend. part. r. c. 3. n. 30. Fachin. lib. 1. cortrov. c.
86. Bronch. cent 1. miscell. cont. assert. 15. Hœnon. disp. 13. §. 8. Diff.
Gail. lib. 2. obs. 23. n. 18.

SOLI DEO GLORIA.

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

7 A Q198

